

# POSITIONES

E

DISCIPLINIS THEOLOGICIS,

QUAS

IN C. R. UNIVERSITATE VINDOBONENSI  
PRO SUPREMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS  
OBTINENDIS PUBLICE DEFENDET

JACOBUS SUPPAN,

PRESBYTER DIOECESEOS LABACENSIS

ET

C. R. CONVICTUS ALUMNUS.

*Mense Septembri die 6. M,DCCCIX.*




---

VINDOBONAE.

MUSEUM  
PRZEMYSŁU 2  
*In. S. S. S. S.  
3862.*

110 700  
1585

XLIV Ex 914  
Bibliotheca Capituli  
Ritus graeco-catholici  
Premisliensis.



## Ex Historia Ecclesiastica.

1.

Quamquam imperatores romani obices posuerunt propagationi religionis christianae maximos; id tamen haud parum eam adjuvisse censendum est, quod totus fere orbis tunc quidem notus iisdem paruit.

2.

Symbolum, quod Apostolorum dicimus, quoad formam ab iis profectum haud est,

3.

Rituum necessitatem praeter rationes psychologicas praxis Ecclesiae continua, inde a primis derivata seculis, commonstrat.

)( 2

4.

Modi propagationis religionis Christianae et Mohammedanae toto caelo a se invicem distant.

Neque Pontificibus, neque Principibus secularibus consilia secreta politica in expeditionibus, ut vocant, cruciatis suscipiendis adfingi jure possunt.

### Ex Jure Ecclesiastico.

Regimen Ecclesiae christianae neque democraticum est, neque omni ex parte aristocraticum, neque monarchicum; non etiam civitas composita, aut systema civitatum dici Ecclesiae potest, sed modo proprio, a Christo scilicet constituto, regi eam oportet.



7.

Mensura jurium Papae primatialium unitatis conservatio est.

8.

Jurium civitatis circa sacra duo principalia sunt : inspectio secularis et advocatia ecclesiastica.

9.

In juribus ex inspectione prodeuntibus jus quoque numeratur dandi recursum iis, qui de manifesto abusu potestatis ecclesiasticae conqueruntur.

10.

Contractus matrimonialis, nullo obstante impedimento, validus efficitur, quamprimum consensus in matrimonium coram parrocho proprio atque duobus testibus a desponsatis declaratus fuit.

11.

In impedimentis matrimonii dirimentibus dispensandi jure gaudet princeps secularis.

12.



12.

Neque peccati ratio, neque juramentum contractui adjectum, neque negligentia iudicis laici forum ecclesiasticum reddit competens in causa civili.

13.

Discrimina, quae secundum jus commune ratione praesentationis inter patrum ecclesiasticum et laicum obtinent, in terris Austriacis ex parte tantum adhuc valent.

### Ex Archaeologia Biblica.

14.

Archaeologiae biblicae studium ad intelligendas sacras literas prorsus necessarium est.

15.

Circumcisionem Abrahamo antiquiorem esse, termini docent, quibus ejus observatio eidem praecipitur.

16.

16.

Hebraeis jus belli in Canaanacos adseri-  
utique et potest et debet.

17.

Pretiosa Aegyptiorum vasa Hebraei pe-  
tiisse videntur tanquam pretium pro domi-  
bus, quas in Aegypto reliquerunt.

18.

Sabbathum ex Geneseos II. 1—3. deri-  
vandum esse, plura sunt argumenta, quae  
probabilissimum saltem reddant.

Ex Introductione in V. et N. Foedus.

19.

Divina librorum veteris foederis auctori-  
tas testimonio Jesu et Apostolorum nititur.

20.

Decretum Concilii Tridentini de Vulgata  
neque textum hebraeum, neque illius usum  
reprobat.

21.

21.

Certam solidamque linguae hebraeae cognitionem non nisi studio solerti dialectorum cognatarum comparare nobis licet.

22.

Quum a viris adprime doctis ars critica sublimior non nisi summa cautione in profanos etiam auctores exercenda praecipiat: id multo magis de sacris bibliorum libris valere, plures evincunt rationes.

23.

Scopus libri, Jonah inscripti, est, ut Judaei odium in alias gentes deponant, discantque, non se solos Deo caros esse.

24.

Sublimi poëmati, Job dicto, vera subest historia.

25.

Tantus est librorum novi foederis cum adjunctis loci, temporis et personarum consensus, ut hypothesis suppositionis summam improbabilitatis speciem praeseferat.



26.

Distinctio librorum sacrorum in proto-canonicos et deuterocanonicos a concilio Tridentino non commemoratur quidem verbis expressis, nihilo tamen minus ab eodem implicite agnoscitur.

27.

Ex locis Tertulliani de Praescript. Haeretic. cap. XXXVI. et Ignatii epist. ad Philadelph. cap. VIII. demonstrari nequit, eo adhuc tempore *αυτογραφα* aliqua Apostolorum exstitisse.

28.

Historia textus recepti novi foederis manifeste docet, eum a perfectione critica abesse.

29.

Jam ante nostra Evangelia commentarios quosdam rerum a Jesu gestarum exstitisse, probabile admodum est.

30.

Integritas priorum duorum capitum Evangelii Matthaei sufficienter vindicari potest.



## Ex Hermeneutica Biblica.

31.

Hermeneutica biblica est ea disciplina, quae docet verum sensum sacrorum auctorum invenire, eumque aliis perspicue exponere; verus autem sensus est is, qui usui loquendi, orationis consilio, et culturae loquentis respondet, atque is semper unicus est.

32.

Dum concilium Tridentinum statuit, sacram scripturam non esse interpretandam contra unanimem consensum Patrum, interpretationem minime servilem reddit.

33.

Libri novi foederis sermone non pure graeco, sed hebraizante exarati sunt.

34.

Quamdiu ex usu loquendi significatio aliqua obtinetur, quae aptum ad contextum sensum fundit, non licet amplius etymologiam et analogiam linguae consulere.

## Ex Theologia Dogmatica.

35.

Religionis, in universum, fundamentum ex causis externis quibus demum cunq̄ue repeti nequit; sed in ipsa hominis indole rationali quaerendum est.

36.

Fructus doctrinae revelatae ad omne genus hominum omnis aetatis pertinent.

37.

Ad dijudicandam et comprobandam institutionis cujusdam originem divinam criteria revelationis externa necessario requiruntur.

38.

Dogmata fidei cum e sacris literis, tum ex doctrina ab Apostolis coram tradita ducuntur.

39.

Par est Ecclesiae in decidendis fidei et morum controversiis auctoritas, sive per orbem dispersa, sive in concilio universali congregata sententiam ferat.

40.

## 40.

Tolerantia theologica fini revelationis recta adversatur, eamque vera Christi Ecclesia non potest non rejicere.

## 41.

In enumerandis et digerendis perfectionibus divinis sanctitas numinis primo loco ponenda est.

## 42.

Effectum mortis Christi principalem fuisse remissionem peccatorum, constanter defendimus; quamquam alia ejusdem consilia et beneficia minime excludamus.

## 43.

Supplicia improborum aequae ac proborum praemia aeternum duratura esse, sacrae literae clare docent; neque argumenta Philosophorum, quae opponuntur, tanti sunt, ut de sententia moveamur.

Ex Ethica Christiana.

44.

Plus quam ferre vires humanae valeant, exigunt ii, qui poscunt, ut homo nullo felicitatis habito respectu, quae sui sunt officii, praestet.

45.

Inhaerere opinioni probabili, spreta probabiliore vel certa, idem est, ac legem ipsam vilipendere, et proinde adprobriari nunquam potest.

46.

Falsum est illud Stoicorum *παραδοξον*: aequalia esse peccata.

47.

Etsi religio sine cultu externo cogitari absolute possit; tamen pro hominum etiam non rudium conditione praesenti idem cultus utilis atque omnino necessarius est.



48.

Precationis et utilitas et necessitas gravibus nititur rationum momentis ex ratione et Christi disciplina desumptis.

49.

Inter media virtutis exercendae secessus ab hominum frequentia atque negotiorum mole, interdum adhibendus, jure merito refertur.

50.

**Aus der Pastoral-Anweisung.**

Der Seelsorger soll, wie jeder denkende Mann, welcher mit sichtbarem Erfolge auf andere einwirken will, den Zeitgeist kennen, und sich demselben, insoferne er ihn richtig findet, anbequemen.

51.

Die christlichen Religionswahrheiten können ohne großen Schaden für das Christenthum und die Moralität selbst, vom Volksunterrichte nicht ausgeschlossen werden.

52.

Damit der Zweck des Krankenbesuches erreicht werde, muß man denselben zu einer Zeit vornehmen, wo der Kranke noch des Nachdenkens fähig ist, Gefühl und Empfindung noch nicht verloren hat.

53.

Die Hausbesuche des Seelsorgers können nur gebilligt werden, wenn sie bey schicklicher Veranlassung geschehen, alles Zubringen vermieden wird, die Unterredung von häuslichen Gegenständen beginnt, und nur allmählig auf den Zweck hingeleitet wird.

54.

Es ist kein Zweifel, daß die Beichtanstalt von vortrefflicher Wirkung für die Christen sey, wenn sie von Männern, die dem Geschäfte allseits gewachsen sind, auf eine dem Geiste derselben gemäße Art verwaltet wird.

55.

Gewohnheitsfünder, die in mehreren Beichten die Besserung angelobet, aber ihr Versprechen aller Ermahnung des Beichtvaters ungeachtet nicht erfüllen haben, muß die Lossprechung so lange verschoben werden, bis man vernünftiger Weise schließen kann, daß es ihnen mit der Besserung Ernst ist.

21

Es ist die Sache des Herrn, die ich  
nicht zu entscheiden habe. Ich habe  
nur zu bezeugen, was ich gesehen  
habe. Ich habe gesehen, dass der  
Herr die Sache des Herrn nicht  
zu entscheiden hat. Ich habe gesehen,  
dass der Herr die Sache des Herrn  
nicht zu entscheiden hat.

22

Es ist die Sache des Herrn, die ich  
nicht zu entscheiden habe. Ich habe  
nur zu bezeugen, was ich gesehen  
habe. Ich habe gesehen, dass der  
Herr die Sache des Herrn nicht  
zu entscheiden hat. Ich habe gesehen,  
dass der Herr die Sache des Herrn  
nicht zu entscheiden hat.

23

Es ist die Sache des Herrn, die ich  
nicht zu entscheiden habe. Ich habe  
nur zu bezeugen, was ich gesehen  
habe. Ich habe gesehen, dass der  
Herr die Sache des Herrn nicht  
zu entscheiden hat. Ich habe gesehen,  
dass der Herr die Sache des Herrn  
nicht zu entscheiden hat.

24

Es ist die Sache des Herrn, die ich  
nicht zu entscheiden habe. Ich habe  
nur zu bezeugen, was ich gesehen  
habe. Ich habe gesehen, dass der  
Herr die Sache des Herrn nicht  
zu entscheiden hat. Ich habe gesehen,  
dass der Herr die Sache des Herrn  
nicht zu entscheiden hat.